

Sermo.

Equum pondus voluntas eius. Ac si dicatur. **G**olthras dei est ut in iudicatio nos et proximum equum pondus habeamus. **H**inc **L**eui. xix. **S**tatera iusta et equa sunt pondera. et itez. **N**on sunt in domo tua diuersa pondera quia ut **P**rouerbio. xx. dicitur. **P**ondus et pondus mensura et mensura utriusque abominatio est apud deum. propter quod male ponderantibus dicit deus **P**aralippo. iij. **E**go maius pondus apponam. **D**e his diuersis ponderibus dicit **G**rego. **O**mnis qui aliter pensat ea que proximi sunt et aliter que sunt sua habet pondus et pondus. **T**ercio demus nobis humilitatem. ut cum priora duo fecerimus suos inutiles iudicemus. quia solum fecimus quod debuimus nihil addentes. **U**n **G**reg. **Q**uelibet assint bona opa nulla sunt si non ex humilitate condiantur. et omne quod agimus perditur si non sollicitate per humilitatem custoditur. **I**n his enim virtutibus imitemur ipsum christum qui est benedictus in secula.

II De eodem secundus sermo

Venite et videte

Jo. i. **D**icit **G**reg. **N**emo potest in vna eademque re omnipotenti deo et hostibus eius gratus existere. **N**am dei amicum se denegat qui eius placet inimico. et inimicis veritatis aduersariis qui eidem veritati subiungat. **I**deo in verbo proposito deus salutem nostram desiderans ab inimico suo modo videlicet nos vocat ut ab eo recedentes et sibi adherentes vitam et gratiam consequamur. **I**n verbis ergo propositis duo breuiter tractantur. **P**rimo enim ponit suam vocatorem. **S**ecundo vocatorem remuneratorem. **P**rimum ibi venite. **S**ecundum ibi videte. **U**terque quia dicit **G**reg. **D**e facta saluatoris sic accipienda sunt ut in veritate credantur facta. et tamen per significationem nobis aliquid insinuet faciendum. **P**ropter quod sciendum quod verba proposita ad duplicem intelligentiam nobis deserviunt. scilicet ad historiales et propositam et ad morale nostri informatorem. **P**rima expositio declarat nobis apostolorum vocatorem. scilicet nostram instructionem. **P**rima expositio breuiter percurrentes dicimus quod beatus **A**ndreas et alij apostoli quadruplitem a domino sunt vocati. **P**rimo enim vocauit eos ad sui noticiam.

Secundo ad disciplinatus gratiam. **T**ercio ad familiaritatis amicitiam. **Q**uarto ad apostolorum excellentiam. **P**rimo dico vocauit eos ad sui noticiam cum ad orationem iohannis baptiste dicens. **E**cce agnus dei **A**ndre. statim sequebatur ad dominum dicitur. **R**abbi ubi habitas? et respondit ei dominus dicitur. **V**eni et vide in quo vocauit eum ad sui noticiam. quod cognito eo rediit in sua. **S**ecundo vocat eos ad disciplinatus gratiam cum dicit petro et andree **V**enite post me faciam vos pisces hominum. et in aliquibus non redierunt in sua. **S**equitur. **N**am ille relictis retibus et nauis secuti sunt dominum. **T**ercio vocat eum quosdam ex eis ad singularis familiaritatis amicitiam. sic enim frequenter legitur in euangelio. **A**ssumpsit iohannis petrum et iacobum et iohannem sequebatur. **Q**uarto vocat eos ad apostolatus excellentiam: cum misisset eos binos et binos ante faciem suam. sic enim **L**uce. ix. dicitur. **C**onocatis iohannes duodecim apostolos dedit illis virtutem et pratem super omnia demonia: et ut languores curarent. **D**ecem hiis sermo retroquendus est ad mores nostrorum edificationem. **Q**uid enim nobis prodesset quod apostolorum vocatio singulis annis in ecclesia recitaretur si non in eisdem possemus moraliter edificari. **S**ciendum ergo quod omnes qui ad perfectum statum sanctitatis: et vltimum ad gradum apostolicum promouentur predicantur quatuor modis spiritualiter intellectis a domino vocantur. **P**rimo ergo vocamur ad dei amicitiam cum ratione illuminati per creaturam cognoscimus optere persistere creatorem. **S**ed quis cognoscet eum cuius de eo dicit **E**sa. xlv. **L**uce vere deus absconditus. **H**inc **J**o. i. **D**eus sibi soli cognitus est et homini assumptio luce enim inhabitat inaccessibile nec aliter creature pure cognitio ad eum potest peruenire. quod finit ad infinitum nulla est comparatio. **S**ed si nulla posset haberi de deo noticia. deus non diceret per. **V**acate et videte quoniam ego sum deus. **N**am sine dei qualicumque noticia nulla omnino poterit esse salus dicente **B**er. **S**i ignoras deum poterit ne esse salus: ac si dignosque. **E**t hoc probat subiungens. **N**on enim poteris amare quem nescias. nec habere quod non amaueris. **A**c si dicat. **Q**ui non cognoscit deum non amat deum. qui non amat deum non habet deum.